



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 429. Usque Ad Annum 483

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117816**

§. 52. Concilium Vasionense.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66052](#)

bebuntur utriusque sexus homines, si Sæculum V.  
continentiae votum fregerint. Qui ad A. C. 442.  
Ecclesiam confugerint, persecutoribus  
non tradantur, sed ob loci Reverentiam  
tueri eos oportet. Si quis servos illius  
Ecclesiæ, ad quam sui confugerunt, ipso-  
rum loco rapiat, severissime ab omnibus  
Ecclesiis condemnabitur. Si quis ho-  
mines in servitutem redigere voluerit,  
qui in Ecclesia manumissi sunt, aut a quo-  
quam testamento Ecclesiæ commendati,  
Censura Ecclesiastica reprimetur. Post  
Canones legitur statutum, ne unquam  
Synodus solvatur, nisi secuturo Conven-  
tui dies constituantur; atque hac vice  
Concilium futurum, anno sequenti 442.  
Lucianæ agendum, in eadem Arausicana  
Dioecesi indicatur.

c. 28.

c. 5.

c. 6.

c. 7.

c. 29.

## §. LII.

### *Concilium Vaisonense.*

Hoc anno 442. Dioscoro Consule, Idi-  
bus, id est, decima tertia Nov. Va-  
sione sub Episcopo Auspicio celebratum  
est Concilium. In eo novem, decemve  
Canones conditi, quorum hæc est summa;  
Si Episcopi Galli ab una Provincia in aliam  
proficiscantur, non eis necesse, ut ha-  
beant testes litteras, dummodo excom-  
municati non sint, quia ob viciniam sa-  
tis noti sunt; nempe litteræ formatæ  
solis exteris dabantur. Presbyteri sin-  
gulis v. Sirm.  
c. 3.

Sæculum V. gulis annis sacrum Chrysma a suo Ep.  
A.C. 442. copo ante Pascha petant; ipsi acceptu-

ibunt, vel saltem Subdiaconum mitten-

c. 2. Pro iis, qui subita morte tempore pa-  
nitentiæ, quam fideliter peragebant, de-  
fugentur, orandum est. Qui defundo-

rum oblationes retainent, aut eas Eccles-  
iæ reddere cunctantur, tanquam Sacra-

legi, & pauperum parricidæ, excommu-

nicabuntur. Vitandi sunt, non solum

illi, quos Episcopus nominatim excom-

municavit, sed etiam illi, de quibus con-

stat, eorum mores Episcopo displiceret  
etiamsi dissimulet. Episcopi non leviter

vel quemquam accusent, vel excommu-

nicent. Si culpæ leves sint, aliorum in-

tercessione facile flecti se sinant; si cri-

men commissum sit, publice accusent. (\*)

c. 6. Si quis crimen commisit, soli Episcopo

notum, huic potest præcipere, ne in pu-

blica congregazione conspectum suum

subeat, sed ab aliorum communione non

separetur, quamdiu delictum probari non

potest. (\*\*)

Conc. Cart. 6 Ut aboleretur mos ille crudelis, quo  
can. 132. Gentiles proles suas projiciebant, Con-

stantinus anno 331. Lege statuerat, ut

eius-

(\*) Non per se ipsos, sed ut bene notat An-

nymus I. Accusatoris vice, nempe alterius.

(\*\*) Hic de Confessione auriculari sermo esse

videtur.

ejusmodi infantes in illorum potestatem Sæculum V.  
 transirent, qui eos nutrivissent, & edu- A. C. 442.  
 cassent, seu filios suos adoptivos, seu L. 1. Cod.  
 mancipia, ut lubuisset, esse voluissent; Theod. de  
Parentibus, aut Dominis omne jus tales expos.lib.V.  
 repetendi adimebatur. Ad hanc legem  
 Honorius anno 412. addiderat, ut qui  
 prolem projectam levaret, testes adhibe-  
 ret, & Chirographum Episcopi, ne quis  
 unquam importunus exactor eam posset  
 repeteret. Nihilominus piissimis ejus-  
 modi misellorum, a Parentibus derelicto-  
 rum, Patronis sæpiissime mota actione  
 molestia creabatur; hinc multi istud Mi-  
 sericordiæ genus exercere non audebant;  
 ergo Concilium Vaisonense præcipit,  
 ut hæ leges observentur, & præterea die  
 Dominica Diaconus ad altare annuntiet,  
 infantem expositum fuisse levatum, ut  
 si quis aliquando pusionem tanquam  
 suum vellet repeteret, id intra decem  
 dies aperiat; nisi jam faciat, quiscunque  
 deinde hanc prolem repeteret, sciret,  
 se Censura Ecclesiastica, tanquam homi- c. 9.  
 cidam, feriendum. c. 10.

### §. LIII.

#### S. Leonis Epistola.

Haud diu post captam Carthaginem, Chr. Idac.  
 nempe anno 440. Imperatore Va- an. 16. Va-  
 lentiniano, & Anatolio Consulibus, Gen- lent. Prosp.  
 sericus trajecit in Siciliam, vastavit In- an. 440. Cas-  
 sulam, si od. an. eod.